Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Breviarium benedictinum - Cod. Schwarzach 2

[Weissenburg], [zwischen Anfang des 14. Jahrh. und 1509]

In natali plurimorum martirum

urn:nbn:de:bsz:31-183785

Visual Library

rigatur ecclesia. quibus gloriatur principibus. p. Or.
Sollempnitatis apostolice multiplicatione gaudentes clementiam tuam deprecamur omnipotens deus. ut tribuas iugiter eorum nos et confessione benedici. et patrociniis confoueri. p. In secunda vespera.
Iurauit dominus et non penitebit eum tu es sacerdos in eternum. ps. Dixit dominus. a. Collocet eum dominus cum principibus populi sui. ps. Laudate pueri.
Dirupisti domine uincula mea a. tibi sacrificabo hostiam laudis. ps. Credidi. a. Euntes ibant et flebant mittentes semina sua. ps. In conuertendo. cap. Benedictus deus et pater domini nostri ihesu christi qui benedixit nos in omni benedictione spirituali in celestibus in christo. R. Constitues eos. ymnus. Exultet celum. In ev.
Ecce ego mitto uos sicut oues in medio luporum estote ergo prudentes sicut serpentes et simplices sicut columbe. a. Beati e ... hominem ... exprobra... ...en uos ... fili ...

tate ecce merces uestra multa est in celis. A. Isti sunt uiri sancti quos elegit dominus in caritate non ficta et dedit illis gloriam sempiternam quorum doctrina fulget ecclesia ut sol et luna alleluia. Omnia ut supra. De ...
Ecce ego iohannes ewangelista uidi ostium apertum in celo et ecce sedes posita erat in eo et in medio sedis et in circuitu eius quatuor animalia plena oculis ante et retro et dabant gloriam et honorem et benedictionem sedenti super thronum uiuenti in secula seculorum. R. Qui sunt hii qui ut nubes uolant et quasi columbe ad fenestras suas. V. Dorsa eorum plena sunt oculis et scintille ac lampades in medio discurrentes. In natali plurimorum martyrum.
Sanguis sanctorum martyrum pro christo effusus est in terram ideo adepti sunt munera sempiterna. cap.
Iustorum anime in manu dei sunt. et non tanget illos tormentum malitie uisi sunt oculis insipientium mori illi autem sunt in pace. R. Isti sunt sancti. ymnus. Rex gloriose martyrum. V. Gloriosus deus. In ev. a. Sanctorum est uerum lumen et admirabile ministrans lucem ... qui p

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
gefördert durch Baden-Württemberg
MINISTERIUM FÜR WISSENSCHAFT, FORSCHUNG UND KUNST

mansierunt in agone certaminis
receperunt ab ipso splendore sem
piternum in quo assidue felices
Deus qui or. V. letantur.
nos concedis sanctorum mar
tyrum tuorum natalicia colere.
da nobis in eterna leticia de eo
rum societate gaudere. P. In
venite adoremus regem mar vit.
tyrum dominum. y in Sanctorum meritis. i.
Secus decursus aquarum i. n. a.
plantavit vineam custos sed in le
ge domini fuit voluntas eorum. ps Be
atus vir. a. Predicantes preceptum
domini constituti sunt in monte sancto
eius. ps Quare fre. a. Filii homi
num servore quia dominus sanctos suos
mirificavit. ps Cum invocarem. a.
Scuto bone voluntatis tue coro
nasti eos domine. ps Verba mea. a.
In universa terra gloria et honore
coronasti eos. ps Domine dominus noster. a.
Habitabunt in tabernaculo tuo
requiescent in monte tuo. ps Domine
quis hab. V. Iusti autem. Lec. i.
Quia sanctorum martyrum nata
lis hodie illuxit dies. quin
nobiscum fratres karissimi voluit
nos dominus celebrare. aliquid dona
te illo de martyrum gloria et pa
tientia disseramus. Gloria qui
dem mundana ab ipsis con

tempta est. et ideo patientia
probata. R. Absterget deus
omnem lacrimam ab oculis sanctorum et
iam non erit amplius neque luc
tus neque clamor nec ullus dolor quoniam
priora transierunt. V. Non esu
rient neque sitient amplius neque
cadet super illos sol neque ullus es
tus. Quoniam. Gloria eorum abscon
dita latebat in celis. quia pa
tientia eorum exercebatur in ter
ris. qui non exhortet eorum pa
tientiam. pervenit ad gloriam.
Miseria enim putabatur pa
ti dura et aspera in carne. quia
revera molestum erat. Nisi
esset omnibus molestum. non
esset martyribus gloriosum. R.
Viri sancti gloriosum sanguinem R.
fuderunt pro domino amaverunt
Christum in vita sua imitati sunt e
um in morte sua et ideo coronas
triumphales meruerunt. V.
Unus spiritus et una fides erat in eis.
Et ideo. Alii ergo virgis
et flagellis durissime ver
berati. alii fustibus et plumba
tis cesi. alii membratim lani
ati. alii gladio occisi. alii ex
coriati. pice et plumbo lique
facto perfusi. alii ardore pru
narum cruciati. alii flam

nis exuſti. alij in mare mer
ſi. alij beſtijs deputati. alij
carcerū ſunt horrore et fame
necati. T. R̷ Tradiderunt cor
pora ſua ꝓpter deū ad ſupplicia ⁊
meruerunt habere coronas ꝑ
tuas. V̄ Iſti ſunt qui venerunt
ex magna tribulatione et lauerūt
ſtolas ſuas in ſanguine agni.
Et nō. Quod enim genera
tum et mortis genera hoſtis
excogitare potuit. tot marty
ribꝫ ſine ulla miſeratione in
fligebat. Sꝫ licet ipſi ma[..]a
horrida paterentur. in occul
to tamē ineffabiliter coronaba
tur. Quantus nos admirati
onis ſtupor apprehendit. ſi vi
derem martyres inter ange
los gloriantes. Sꝫ nos nolu
mus gaudere cum ſcīs. ⁊ tri
bulationem mundi nolumꝰ
ſuſtinere cum illis. R̷ Sanc
ti tui dn̄e mirabile conſecuti ſūt
iter ſeruientes ꝓceptis tuis ut i
nuenirent illeſi in aquis ualidis
terra apparuit arida et in ma
ri rubro uia ſine impedimen
to. V̄ Quō percuſſit petrā et flu
xerunt aque et torrentes inun
dauerunt. Terra. In. ii. n. ā.
Sanctis qui in terra ſunt eius

mirificauit oēs voluntates me
as inter illos. ps̄ Conſerua. ā.
Hec eſt generatio querentium
dn̄m querentium faciem dei ia
cob. ps̄ Dn̄i eſt tr̄a. ā Letamini
in dn̄o et exultate iuſti et glaīmi
ni oēs recti corde. ps̄ Beati quoꝝ.
Clamauerunt iuſti et dn̄s ex ā.
audiuit eos. ps̄ Benedicā. ā Be
ati quos elegiſti dn̄e habitabūt
in atriis tuis carnem clamabūt
et ympnū dicent. ps̄ Te decet. ā.
Iſtorꝫ eſt enim regnū celorꝫ qui
contempſerunt uitā mundi et ꝑ
uenerunt ad pmia regni et laue
runt ſtolas ſuas in ſanguine ag
ni. ps̄ Dn̄s regnauit. V̄ Letamini.
Qui enim ſcōs mar L. v.
tyres uel in quantum
potuit uoluerit imitari. ad
eorꝫ beatitudinē non poterit
puenire. Sic et apls̄ predicat
dicens. Si fuerimus ſocij paſ
ſionum. erimus et conſolati
onum. Et dn̄s in ewangelio.
Si mundus uos odit odit
ſcitote quia me priorē uobis
odio habuit. Recuſat eſſe in
corpore. ſi odium non uult
ſuſtinere cum capite. T. R̷
Corpora ſanctorum non timu
erunt ſc̄a dei morte [..] pro xp̄o